Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

dei & porta celi. ij Vere dnus est in loco isto & ego nesciebam. Non est hic. R. Si dominus ds mis fuerit mecum in via ista qua ego ambulo & custodierit me & dederit mihi panem ad edendum & vestimentum quo operiar & revocaverit me cum salute erit mihi dns in dm & lapis iste in signum. Vere d. e. i. R. Erit mihi dns in dm & lapis iste quem erexi in titulum. vocabitur domus di & de universis que dederis mihi decimas & hostias
ij offeram tibi. Si dns deus mis mecum fuerit in via ista qua ego ambulo & custodierit me. Decimas &c.
R. Memor fui cunctis miserationibus tuis dne abraham. in baculo meo transivi iordanem istum & nunc cum duabus turmis regredior liba me dne de manibus esau qa valde contremuit cor meum illum timens.
V. Tu locutus es ut mihi bene faceres & dilatares semen meum sicut harenam maris. Liba me. ad cantica

a Misus sum ad oves que perierunt domus israel die dns.
In illo temp. Egressus ihs secessit in partes tyri & sydonis. Et ecce mulier chananea a finibus illis egressa clamavit dicens ei. Miserere mei dne fili david. filia mea male a demonio vexatur. Qui non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius rogabant eum dicentes. Dimitte eam. qa clamat post nos. Ipse autem respondens ait. Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus israel. At illa venit & adorabat eum dicens. Dne adiuva me. Qui respondens ait. Non est bonum sumere panem filiorum & mittere canibus. At illa dixit. Etiam dne. Nam & catelli edunt